

citur deueniri, cum ab exili calore occupatur moles, & medium consti-tuitur ens; quod tandem durat in tali natura, quandiu calor inditus non deturbatur a frigore omnino; (quod per raro euenit, sed potius conser-titur in ens mitius calidum.) vel tale opus a robustiore, ac copiosiore ca-lore in calidius ens, & tenuius vel totum, vel partes eius aguntur. Itaque non est imaginandum actionem deficere, nec contrarietatem, ut optimè declarat Telesius, id est probandum est ei media non repugnare. Nos qui-dem dicimus, quod quæ sunt exili calore donata, non habent frigus in-ternum, sed quod pugnat ab extra, nulla enim sunt entia, preter terram, prolsus a frigore constituta, sed quequis a calore, & calor quantumvis im-mintus semper agit, sic frigus.

Secundò Marta probabat intentum sic, horum cōtrariorum alterum est fortius, alterum verò minus fortè: tuac minus ager in maius conti-nuò: vel ergò motus erit infinitus, vel deueniremus ad equalitatem, & sic non esset complexio, patet contra entia: nam frigiditas est minor par-te, & agit passim q; a calore, & si potentia minor ager in maiorem: tunc sequetur opinio Steracliti ab Arist. impugnata. Respōdet Telesius, quod Thomas. R. maius agit in minus, sol, scilicet, in terram, & continuò eam inuertit in diuersa entia, continuoq; frigus instaurat se, & cum potest, occupat ope-ra caloris, & semper sunt in continuo motu a sui creatione usq; ad finem vniuersi, vt docet in 1. mai. capit. 1. ita quod non valet id quod sumit, vel fiet equalitas, prolsus autem hoc argumentum est contra Arist. affecten-tem motum infinitum, serumq; generationem, ac corruptionem, & motum cœli. Et elementorum partes in iniucem agere, mixtaq; facere. tumq; Arist. id non exponat totum reflectitur in ipsum argumentum, cum au-tem ait Marta, maius agit in maius; ergò sequetur opinio Steracliti, ne-scit quid dicat Ster. enim posuit maius agere in minus, scilicet, ignem in cætera elementa, & omnia fore conuertenda in ignem ab affectuitate ni-mia illius, vt t. 3. 3. phy. text. 46. alia verò Ster. opinio nulla huic propo-sito potest aptari, & legibentur Arist. palam fiet: hęc verò sententia non sequitur nobis, vt docet Telesius in primo min. cap. 3. & 6. & 1. mai. cap. 5. & 2. mai. cap. 16. nosq; inferius declarabimus.

Tertiò aiebat, sequeretur quod caliditas tantum esset affectiva quantum resistitiva, quod falsum est, inquit, etenim plus potest calor in vnum, quam frigus in mille; quia caliditas per idem ageret in frigiditatem per quod ei resistenter, ergò tantum est resistitiva, quantum affectiva: nam si agit per duo, & resistit, vt vnum generatio: idem erit vt duo, & vt vnum, & sic vnum, & non vnum. Si per vnum agit, & per alterum resistit, sit a, per quod agit, & b, per quod resistit, cum realiter a, & b, distinguantur, corruptur a remanente; pso b certum est, quod a in sua corruptione resisteret, vel igitur seipso, vel alio, si alio ergò processus infinitus, si seipso, ergò standum erat in primo, quod calor seipso resistebat, & cum se ipso agebat